

## Werk

**Titel:** Speculum Jesuiticum, hoc est, Demonstratio Esauitic[a]e profanitatis, Pelagianae

**Untertitel:** 1. Ethnicos fuisse naturaliter Christianos. 2. Fundum articulorum fidei esse rationis non renatae notiones. 3. Causam reprobationis impiorum esse Solam Dei voluntatem: Deum esse misanthr<sup>on</sup>on, peccati autorem

**Autor:** Zephyrius, Ernestus

**Verlag:** Schurerus; Gorman

**Ort:** Witebergae; Witebergae

**Jahr:** 1607

**Kollektion:** VD17-nova

**Gattung:** Ordensliteratur; Jesuiten

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN668481412

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN668481412>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=668481412>

**LOG Id:** LOG\_0010

**LOG Titel:** Sectio IV. Ostendes descriptionem Naturalis Christiani Bellarminiani etiam ipsi diabolo convenire.

**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

*ci, & ostendemus, illum convenire definitione cum Stygio Serpente.*

**Sectio IV. Ostendens descriptionem Naturalis Christiani Belarminiani etiam ipsi diabolo convenire.**

*Diabolus verbum Dei*

*diabolus id est disjicere disjiciendo depravat, calumniis homines a verbo Dei abducit.*

*Similiter Iesuite scripturam disjiciunt. Syrus pro nomine graeco habet compositionem vocabulum compositione. a illa denotatur singularis & excellens calumniator, o-*

**N**E xè valens Gryzerus, in Honorario calumniarum, Reverendo viro domino D. Polycarpo, præter meritum transmissio, vocat Diaconos Lutheranos, Diabolos, Lutherum, Chemnitium, Brentium, Hunnium demoniorum mancipia p. 500.

*Diabolica hæc est calumnia, absit ea à nostro Ore, aure & mente; Saltem sufficit nobis, monstrare vestigia horrendi erroris, item ructus horrendi beatus Esauitici, quo illi homines tandem erubescunt hanc vocem: Diaboli re ipsa unum Deum cognoscunt, & ea ex parte quasi naturaliter Christiani sunt.*

*Conquerentur fortè Esauita, se incle-*

clementius à nobis tractari: verum me-  
minerint, illud sibi relatum, quod à  
Gryzero est allatum. Quod si nos non  
dedignatur audire Iacobus Gryzerus,  
audiat saltem Iacobum Apostolum ita  
Christianismum Ethnico Diabolicum  
depingentem: cap. 2. v. 19. Tu (Ethni-  
co suta) credis quoniam unus est De-  
us, bene facis, & Dæmones credunt &  
contremiscunt.

Bellarminus loco supra à me alle-  
gato, ponit notionem naturalem ratio-  
nis, non renatæ, fundamentum Chri-  
stianismi naturalis. Iam vero Diabo-  
lus, melius Philosophis Ethnicis, (tene-  
brionibus illis, minorum Deorum colle-  
gium Majori adjungentibus) novit u-  
nitatem Dei: Id quod non diffitebitur  
Gretzerus, nec Bellarminus. Cum enim  
Pelagiani illi dicant ac doceant, natu-  
ralia in homine mansisse & esse integra,  
multò faciliori confessione etiam illam  
integritatem cōcedent Diabolo. Quem-  
admodum Bellarm. Tom. 4. lib. de gra-  
tia prim. hom. cap. 6. conceptis verbis

*Scribit. Hinc Scholastici acceperunt communem sententiam. Naturalia in Dæmonibus post lapsum (Dionysio teste) mansisse integra: quod idem sine dubio de homine quoque intelligi debet.*

*Stante autem hoc fundamento Esauitico, Iesuitæ non solum communionem nominis habebunt cum Iuda, Iudeis, Turcis Arrianis, Tartaris, sed cum ipso Tartaro, imò ejus incola impuro Diabolo, Antichristi (cujus adventus est secundum ejus operationem 2. Thess. 2.) parente, Christianorum hoste infensissimo.*

*Non sane, Iesuitæ, vestro hoc portentoso nomine gaudemus nos Lutherani: admonitioni vestræ hæc dicuntur, ut cogitetis quid sit, ἐνδύπνιον, vel somnium naturale rationis non renatæ, in quo Satan suam habet ἐνέργειαν Eph. 2. fundamentum ponere Christianismi naturalis, videlicet devenire tandem ad hoc absurdum pronunciatum: Ethnici ex parte quasi naturaliter fuerunt Christiani,*

stiani, quia noverunt Deum esse u-  
num: Diaboli (absit, illorum nomen  
& omen) quia æque cum non rena-  
tis, aut etiam melius norunt, esse ali-  
quem Deum, eumq; unum, (sine du-  
bio etiam in personis trinum,) ex par-  
te quasi naturaliter Christiani sunt.

Lutherus in  
Genes. com.  
Deum philo-  
sophicū, Me-  
taphysicū  
Turcicū Pa-  
pisticū, Dia-  
bolicū cōjun-  
git & pari  
loco habet.

Proh Deum atq; hominum fidem, quid  
est, si hoc non est sanctum & pretiosum  
nomen, in Baptismo nobis imposu-  
tum, in contumelia afficere, & illud imponere,  
non modo non Baptizatis, non renatis  
Ethnicis, sed etiam illi, cui in Baptismo  
valediximus, renūciavimq; Demonio.

Luth. Tom.  
12. Ien. 114.  
Ita proponen-  
dus est Chri-  
stus, ut præter  
eum planè ni-  
hil videas,  
nihil tibi esse  
propius & in-  
timius ipso  
credas. sed

En Iacobe Cretzere, Christophori  
Cretzeri Simia, impotens calumniator,  
idem nomen tibi in orbem redit cum

hoc nesciunt  
Esauita.

Diabolo: *diabolus* enim est calumnia-  
ri: Dicis tu Diaconos omnes Lutherana-  
nos Diabolos, Lumina Ecclesie vera  
Brentium, Hunnum & alios Mancipia  
Demoniorū. Tuo nomine illos appellasti.

Gretzer. Ho-  
no. Poly. p.  
437 Luthe-  
ranos vocat  
Diabolos *diabo-  
los*.

Tu Bellarmine, Ethnicos dicis Christia-  
nos naturales id est Diabolos. Non sanè  
hec calumnia est, sed Spiritus sancti  
Loque-

Loque-

Coloss. 1. v. 13.

Loquela & sequela: Omnes non renati sunt subpotestate tenebrarum, sub Imperio Diaboli: quia, ut ait B. Lutherus, non est medium inter verum Deum & Diabolum, Deum hujus mundi fictitium, & subdititium, ideoq. quod non pertinet ad regnum Dei, pertinet ad regnum Satanae. Quando ergo Ethnici non renati, somniant Iovem esse Deum, & quidem majorem in collegio minorum, teste Bellarmino, sane illam è. Σύμνησιν, illud χάραγμα, somnium illud naturale efficit & regit Diabolus: quemadmodum Beatus Luth. Com. ad cap. 1. Iona monet.

Hunnius de  
Majestate  
scrip. pag. 110.  
similiter cum  
Luthero docet,  
Diabolum se mis-  
cuisse concepti-  
bus & scrip-  
tis Ethnicorum.

Non sane hoc volo, noticiam naturalem & ingeneratam, esse à Diabolo inspiratam: Illa enim, PER SE considerata, est veritas Dei, Ius Dei Rom. 1. verum quia non renatus, nomen Dei vel divinitatem, cujus notionem habet Ούρα cordi impressam, non recte distribuit, ideo loco Dei in πλάζει, & applicatione illius verae notionis, Diabolum appre-

apprehendit, ut loquitur Beatus noster  
Luth. com. in Ionam.

Quamquam autem sordeat superbis Paneg. Mi.  
sen. p. 33.  
Suis Lutherus, & Gryzero vocetur  
scurra, porc9 bipes: nobis tamē non i-  
tem: sordidi Iesuita sorDESCANT adhuc,  
& pergant modo, Lutheri nomine da-  
mnato, ab orco nomen Diaboli sibi &  
Ethnicis revocare, & sponte sua im-  
ponere.

Hiscē igitur ita stantibus, sequetur  
id quod jam dictum est: Iesuita ex na-  
turali notitia unitatis Dei deducen-  
tes Christianismum, sunt tales Christia-  
ni naturales quales Ethnici, imō vero  
quales Diaboli id est natura non Chri-  
stiani, Antichristiani, Antichristi Ro-  
mani carnifices, digni nominibus Bren-  
tio, Hunnio, aliisq; impositis.

Lutherus vocavit ex magno Zelo  
principem quendam Pontificium, Dia-  
bolum incarnatum: Id miserrimē Eth-  
nico suita Gryzere in honor: tuo, Rever.  
viro domino D. Polyc. prater meritum  
& equum obtruso, exagitas, & indo-  
ctum

etum dictum, tanto principe indignum, disputas: Sanè tua calumnia contra B. Lutherum, & μαθητὸν ejus discipulū, D. Polycarpum, facile concidit, una distinctione enervata. Lutherus enim & cum eo Rever. vir dominus D. Polycar. (quem tu in Honorario falso criminis lese Majestatis accusas.) si durius loquantur, tela in vitam personæ, non in divinum officium Magistratus dirigunt. Sed attende quæso Gryzere, solve hunc nodum si vires.

Notitiâ naturali unitatis Dei sunt naturales Christiani, Ethnici, & Diaboli.

Iesuite sunt etiam notitia illa naturalipræditi, & sic ea ex parte naturales Christiani. Ergo.

Major est Jacobi Apostoli & Bellarm. Minor negari non potest, quia Esauitæ minorem illam notionem Ethnicorum & sibi vendicant, nolunt enim non renatis in cognitione unitatis Dei esse inferiores.

Non possunt ex his tricis pedem retrahere Suitæ: Bellarm. enim (puto & Gryze-

Gryzerum idem statuere) docet, Adamū  
imaginem Dei non amisisse, ideo natu-  
ralia etiam adhuc in homine esse inte-  
gra, ut etiam in Diabolo. Statuit au-  
tem Bellarm. imaginem Dei in ipsa a-  
nimæ rationalis substantia, quæ per la-  
psum manserit integra, & etiamnum in  
omnibus hominibus sit.

Parcam hic meo labori, in scenam pro-  
deat Heros ille Theologicus Lutherus :  
ita ille nugas Pontificias prostermit ad  
cap. 1. Genes. Doctores reliqui Aristote-  
lis diuisionem retinent, quod imago Dei  
sint potētia animæ, memoria, mens, vel  
intellectus, & voluntas : In his tribus  
dicunt consistere imaginem Dei, quæ  
in omnibus hominibus est. Vereor au-  
tem ne postquam imago Dei vera per  
peccatum amissa est, non satis eam pos-  
simus intelligere : Memoriam, volun-  
tatem & mentem habemus quidem, sed  
corruptissima & gravissimè debilitata,  
imò prorsus leprosa & immunda. Si enim  
istæ potentia sunt imago Dei, sequetur  
etiam Satanam ad imaginem DEI  
con-

conditum esse, qui profecto illa naturalia longe habet validiora, quam nos habemus, sicut est memoria & intellectus summus, & voluntas obstinatissima.

Nascentur ergo ex puris naturalibus Iesuitis hi flores.

Quicumq; habent integra naturalia, imaginem Dei integram, mentem, memoriam, voluntatem, sunt etiam Iesuitae, Ethnici, non renati: Diaboli etiam habent naturalia integra, imaginem Dei integram. Quid hinc sequetur Gretzere, annon communio Iesuitarum & Belial, pars fidelis & infidelis? Forma ipse conclusionem Suita, vel, si claves amisisti, ut non possis concludere, consule picam stridulam Tannerum, ille in forma, in forma facile concludet.

Majorem nemo Iesuitarum negabit, nisi forte dicturus Iesuitas esse bruta animalia. Minorem negari vetat Bellarminus: Conclusio igitur facta in forma, in forma Iesuitica de forma, & imagine Diabolica, stabit firmo ralo.

En

*En quorsum Antichristiane, Ethnico* *suita ruis? nempe, cum Daemonio im-* *Matt. 8.*  
*puro ad gregem suum, cum quo precipi-*  
*taberis in abyssum, nisi egeris pœni-*  
*tentiam.*

*Verum quid mirum, Suitas, esse ta-*  
*les & rursus gignere Christianos natu-*  
*rales, Diabolicos, presertim cum urge-*  
*ant & propagent doctrinam demonio-*  
*rum. 1. Timoth. 4. de abstinentia à con-*  
*jugio etiam Ethnici quidam, naturales*  
*& Esauitici Christiani, dixerunt bonum*  
*esse, nunquam ducere uxorem, imo mu-*  
*lierem necessarium malum appellarunt:*  
*scilicet muli, Ethnici & Suita, se invi-*  
*cem scabunt.*

*Lutherus Comm. ad cap. 1. Genes.*  
*sic retundit p. 16. Ethnicos: Nec uxor*  
*est, sicut gentes dicunt, necessarium ma-*  
*lum: ac cur malum vocent, satis mani-*  
*festè cernitur: sed causam mali nesci-*  
*unt, Satanam. Ethnico Suita nostri, sci-*  
*unt hoc, & tamen profiten-*  
*tur doctrinam Sa-*  
*tana.*